



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

LXXV. Markgraf Ludwig bestätigt das Stift Boyster, am 8. August 1354.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

minus quatuor denariis annuorum reddituum, sitorum in orto quodam, qui iacet ante valuam dictae civitatis, dictam Groperdorp, prope molendinum ultra fossam. Qui solidi et redditus ad predictum Thidericum antea pertinebant iusto proprietatis titulo ad dictos consules pertinendos et perpetue et pacifice possidendos. De quibus quidem solidis quolibet anno die Beati Martini Episcopi et confessoris predicti consules qui pro tempore fuerint in usus pauperum elemofynas ac stipas, vocatas vulgariter Spende, in salutare remedium ipsius Thiderici ac animarum progenitorum ipsius et heredum dare et distribuire tenebuntur. Renuntiantes omni iuri quoad ipsam proprietatem octo solidorum quatuor denariis minus quod nobis, nostris heredibus aut successoribus competit vel aliquo modo competere poterit in futurum. In cuius rei evidentiam sigillum nostrum presentibus est appensum, presentibus strenuis viris Friderico de Lochen, Johanne de Wanzleuen, Petro de Breidou, Nicolao de Kokeriz, curie nostre magistro, Buffone de Aluensleuen, militibus, nec non Thiderico Mörner, preposito Bernouensi, nostro protonotario, cum ceteris presentibus fide dignis. Actum Gardeleghe, datum vero Soltwedel, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, feria quinta ante diem Beati Laurentii martyris.

Gerdens' Dipl. II, 443. 444.

LXXV. Markgraf Ludwig bestätigt das Stift Boyster, am 8. August 1354.

Noverint universi etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. volentes participes fieri omnium honorum operum et orationum, que fiunt in ecclesia collegiata beati Nicolai confessoris et pontificis in Boyster per canonicos et alias personas ecclesiasticas ipsius, qui pro tempore fuerint, ad honorem omnipotentis Dei ac omnium sanctorum ipsius nec non in remedium salutare anime nostre et animarum antecessorum, successorum et heredum nostrorum, confirmamus et presentibus confirmamus omnia privilegia nostra, concessiones, donaciones ac literas data et indulta preposito decano totique capitulo ecclesie ab illustribus principibus olim marchionibus Brandenburgensibus antecessoribus nostris bone memorie ac fratre nostro Karissimo Ludovico seniore marchione Brandenburgense et eciam a nobis et aliis quibuscunque, Volentes ea grata et rata habere perpetuo ac inviolabiliter et nolumus per nos, nostros heredes et successores nostros in omnibus articulis et clausulis suis et singulis aliquo modo violari. In cuius etc. presentibus Loehn, Wanthseve, Petro de Bredow, Kokeritz, Arxsleuen, Mornero, preposito cum ceteris. Datum Szoltwedel, Anno domini MCCCLIV. feria sexta ante Laurentii.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 202.